

mente ed il corpo
sono ancora validi.

Perciò (esorta l'a-
mico a far testa-
mento).

valitudine vacuum est corpus. quod ^(a) enim tunc decernitur, a puro rationisque prudentieque fonte derivatur, quem nec molestia perturbet nec infirmitas minuat. quamobrem &c. vale. Padue,
.III. nonas ianuarii ^(b) 1396.

LXVIII.

5

P. P. VERGERIO A GIOVANNI DA BOLOGNA^(c).

[B, c. 5; C, c. 254 B; R, c. 81; G, c. 135].

Padova,
30 gennaio 1396.

Gli invia, come
Giovanni aveva ri-
chiesto, il parere
dello Zabarella in-
torno l'affare di
Buje, aggiungendo
a parte la propria
opinione.

Non volle accon-
tentarsi del proprio
avviso, affinché
non succedesse quel
che avviene quan-
do i tironi della
medicina imparano
a spese de' parenti.

Arduo davvero è
il decidere una que-
stione di equità,

LITTERIS tuis, quas et semel et iterum habui, mandas, amice optime, ut in ea obligatione atque in eo rescripto quo tibi res publica Bullearum ⁽¹⁾ obstricta est, quid iuris sit perspiciam, consulamque quo pacto debitum tuum persequi possis, ac, si michi res maiorem parere ambiguatem videretur, dominum Franciscum de Zabarellis, iuris utriusque ^(d) consultissimum, adhiberem. ego vero utrunque feci. nam et iudicium eius, breve quidem sed quod ^(e) pro re satis sit, mitto, et tabellis aliis scribo quid ipse sentirem. neque enim potuisset esse res ulla tam facilis tamque aperta, ut in ea soli michi credi solique michi stari voluisse, ne id eveniret quod in ^(f) iunioribus medicis solet, qui periculo semper et damno suorum vel amicorum vel consanguineorum curare ediscunt, quod hi semper primi sint qui fidem illis adhibeant, quique auctoritate vel suo discrimine accedere illis velint. sed alte, michi crede, et veritas et equitas magnisque ^(g) latibulis abdite sunt; utque inter multas falsitates veritas, ita et inter multas iniquitates quod iustum est latet, neque est facile inter utrunque discernere. sepe enim et

(a) *P* quid (b) *P*. viii^o. non. ian. *In marg.*: * *Imperfecta* *. (c) *B G P. P. V.*
Ioanni Bononiensi (*G agg. phisico*) s. d. *C senza titolo*. *R P. P. V.* Ioanni de Bononia
phisico (d) *R G om.* utriusque (e) *G* quid (f) *R om.* in (g) *R G magnis*

(1) Buje d'Istria. Sino al 1412, quando in data del 27 agosto ebbe luogo la resa a Venezia della «terra e castello» di Buje, la giustizia civile e penale del Comune era esercitata dal patriarca, marchese della

provincia, mediante propri ufficiali (P. KANDLER ne *L'Istria cit.*, 21 settembre 1850). Il consulto dello Zabarella non ci è stato conservato, bensì due risposte a Santo dei Pellegrini (cf. *Consilia iuris*, 1490 c. 281 e c. 291 B).